

Johann Fecht

**Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Fechtius, SS. Th. D. ... Ad Exequias,
Iuveni ... Dn. Casparo Mullero, Freienwaldia-Pomerano, SS. Theologiae ...
Studioso, apparandas, Omnes Omnium Ordinum cives Academicos ... invitat :
[Scr. Rostochii ipsis Cal. Septembr. 1691. P.P. Sub Sigillo Rectoratus]**

Rostochii: Wepplingius, [1691]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066041X>

Druck Freier  Zugang



F e c h t , J . ,
in
C. M u l l e r .

R o s t o c k , 1 6 9 1 .

15.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77066041X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066041X/phys_0003)

DFG



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES FECHTIUS,
SS. TH. D. Ejusdemque Prof. Ord. Di-
strictus Rostochiensis Superintendens,
Ad Exeqvias,

Juveni pietate non minus quam eruditione Eximio,

**DN. CASPARO
MULLERO,**

Freienwaldiâ - Pomerano, SS. Theo-
dori Regiae, optimarumque literarum Studio, ,
apparandas,



Omnium Ordinum cives Academicos
Studiose & amanter invitati.



ROSTOCHII,
Typis JOHANN. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



Erè de consiliis, propositisq; suis sapientissimum Numen apud Prophetam profitetur: cogitationes meæ non sunt cogitationes vestra & via mea non sunt via vestra, dicit Dominus, sed quo sublimior est cælum terræ, eo sublimiores sunt via mea via vestris & cogitationes mea cogitationibus vestri. Memorabilis plao- nè de profundâ Divinorum judi- ciorum abyssò sententia... Quæ quamquam ita diserta sit, ut oculos etiam perstringat, non tamen parum caliginis eidem ab interpretibus subinde adspersum esse deprehendimus. Causam occasionemque his agita- tionibus præbuit difficultis hujus effati cum præcedentibus ver- bis connexio. In iis enim cum nihil aliud quam gravis sim- plexque ad pœnitentiam exhortatio continetur: *quarite Do- minum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est. Deser- rat impius viam suam & vir iniquitatis cogitationes suas & converta- tur ad Dominum*; subiectaturque promissio, fore, ut si id fecerit, misericordiam & peccatorum remissionem consequa- tur: *tum miserebitur ejus, & ad Deum nostrum, quia copiosus est ad condonandum*; vel inconveniens vel difficultis judicata fuit sententia illius de imperscrutabili Divinorum consiliorum œconomia connexio. Quid enim consequentia est: quærите Dominum & ad eum convertimini, quia ejus cogitationes non sunt nostræ cogitationes? Vel, *misericordest Deus & mul- tus ad remittendum, quia quo altior est cælum terræ, eo alti- ores sunt viæ ejus quam viæ nostræ?* Cornelius à Lopide memi- nit *Franc. Forerij, Lusitani*, qui territus hac difficultate sen- tentiam ad ulteriora retulerit, novi nimirum pacti, per Mef- fiam cum Judæis ineundi, cuius sub initium quinti & quinqua- gesimi in Esaiâ capititis fit mentio, consilium, prædicaveritq; id Judæis prorsus admirandum esse atq; impervium. Quo pa- cto verborum hic erit sensus: ne miremini, aliam me medi- tari, simulq; promittere vobiscum agendi rationem. Hacte- nus legem meam servantibus vitam, contemnentibus mor- tem.

tem sum interminatus. Nunc etiam trahsgredientibus legem
gratiam misericordiamq; per Christum promitto. Dummo-
do hunc qvaratis & pœnitentiam de operibus vestris agendo
adeundem serio animi proposito convertamini. Quod si ab-
fonum vobis videtur, peccantibus parcí, nec pœnas delictis,
verum beneficia pœnitentibus impertiri, scire debetis, aliam
esse Dei, aliam hominum cogitandi agendiq; methodum.
Alium cœli esse, alium terræ processum. Nec diffiteor, per-
qvam verosimilem mihi hanc interpretationem videri, cum
universum caput de novi federis dispositione, veteri oppositâ,
qvodam doctorum nostrorum contensu, agat. Verosimilior-
rem certè, qvam *Hugonis Grotii* est, qui ad gentium tantum in
novo testamento vocationem, de qvâ qvinto versu aliquid
præcesserat, sententiam illam accommodatam esse autumat,
ac si dicere vellet Deus: vos, Judæi, fieri non posse putatis,
ut gentiles, infensi nomini vestro meoq; hostes, ad Ecclesiam
accedant; difficiles enim estis ad obliviscendas injurias, e-
go verò bonitate naturæ, quantum à terrâ cœlum distat, su-
perior, promptus sum ad ignoscendum. Id enim si voluissest
indigitare Deus, cur non misericordia potius suæ, ut in Psal-
mis Davidicis factum est, tanto intervallo nostram, qvanto
à cœlo terra est, superantis, qvam viarum & cogitationum, qvæ
perpetuo scripturæ usu consilia & animi conceptus significant,
meminisset? Nec erravero forte, si & vulgari sententia, cui
maximi qvoque nominis Theologus, qui in *Grotium* castigati-
ones scripsit, accessit, quæ pariter de misericordia Divinæ im-
mensitate, sed in respectu ad Judæos simul gentesq;; exponit,
dixerim esse probabiliorem. Sunt enim ipsæ in Divino effa-
to voces, רְכִיָּת מַרְאֵת קְנָגְבָהוּ רְכִיָּת, viarum & cogitationum, ita
comparatæ, ut non tam bonitatis, qvam regiminis Divini arcana;
id verò, quod subjicitur: כִּי גָבָרוּ שְׁמִינִית מַרְאֵת כִּי גָבָחוּ רְכִיָּת
מַרְכִּינִת וּמַחְשְׁבָתוֹת כִּי גָבָחוּ בָּבֶלְכִּיָּת consilio-
rum, humanæ sapientiæ impervium, enuncient. Quis fidelior
horum verborum interpres, qvam tinctus Divinâ eruditione
Paulus, qvum in simili admirandæ gubernationis Divinæ argu-
mento exclamat: ô altitudo divitarum sapientiæ & scientiæ Dei,
quæ incomprehensibilia sunt iudicia ejus & impervestigabiles viae

ejus! Vias nempe consilia Divina vocat. Quia ut nonnisi per viam ad locum, ad quem tendimus, pervenitur, & via tamen non tantum recta & aperta, sed obliqua etiam & occulta, quam anfractum dicunt, nos è deducit: ita consilia Dei, quibus haec universa, hominem imprimis, regit, ratio sunt, quà ad propositum sapientiae suæ scopum contendit, nec tamen eundem ordinario semper modo, homini ex quotidiana experientiâ cognito, sed per circuitionem quandam, perq; media, in quæ humana ratio penetrare nullo modo potest, sequitur. Non poterant pavidere Judæi, quomodo abrogata lege veteri succedere pactum Evangelii novum, Ecclesi-amq; constituere in novo federe gentes & tamen promissio Dei, qui aeternam cum Israele pactum inierat, sarta manere atq; tecta posset. Huius ὁράξω obvertit Deus sapientiam suam, omni humana majorem, quà possit superabundanter facere supra omne id, quod nos vel scire vel cogitare possumus. Esse sibi & mille vias & mille modos, quibus ad finem sibi destinatum nemine impediente possit grassari. Nec etiam consilia Divina ex humano ingenio, moribusq; humanis aestimanda esse. *Quanta natura Divina sit à nostrâ diversitas, tan-tam & voluntatis esse*, ut in hujus vaticinii expositione loquitur *Cyrillus Alexandrinus*. Jam Divinam naturam ab humana infinito spatio distare, cum de seipso profiteatur: *Deus sum & non homo*. Itaq; & consilia longè alia esse, quæ perinde ab homine atq; ipsa natura Divina nullo modo possint comprehendendi, multò autem minimè vel in justitiae vel insipientiae argui, aut quaerunt; ratione temerè castigari. Enimvero oraculi hujus, de quo pauca diximus, verba perspicac interpretatione non indigent, idcirco striguntur potius, quam differuntur; meritò cum Hieronymo ad hunc locum dico. Obversabantur ea nuper menti meæ cum nuncius, supra quam effari possum, funestus, de obitu consummatissimæ laudis Jurisconsulti, JO-ANNIS FESTINGII Lubecâ huc allatus, Academiam nostram percelleret. Quid ab hoc viro, qui juventutis vix annos videbatur egressus esse, quid à Divinâ ingenii ejus vi, iudicique gravitate, quid à solidâ universi juris scientiâ, cui amorem recti verique studium & quod rariori exempli est, pieta-

tis

tis non vulgarem, multò minus fictum & imaginarium, magna religione junxit, non schola hæc tantum illustris, sed res omnis literaria, si quoisque humanæ vitæ stadium pertingit, supervixisset, poterat expectare? Quod si humanis consiliis aliquis hic locus fuisset, quain huic fidelis studiosæ Pubis magistro, huic Academiæ tam utili, tam necessario doctori, cujus morte communi rei inæstimabile inflictum est damnum, detracta ex suis annis spatio, ut juvandis melioribus studiis vel Nestoreos annos viveret, non adposuisset? Qvis non iustitiæ accuset illud consilium, quod cum jura legesq; bellorum rabie passim conculcata jaceant, bonaque literæ, sine quibus iustitiæ ratio sua & vis constare non potest, vel flaccescant vel emoriantur, eos tollere è medio instituit, qui vindicare juris æquique notitiam ab oblivione in usum, malisque artibus veram opponere legum regulam, suamque reddere iustitiæ lancem, & poterant maximè & lubentissimè volebant? Sed scilicet viarum hic Divinarum rō à rexi via sive religiosè venerandum est. Latent nos judiciorum Divinorum causæ, quas expiscari foret in supremum cœlum adscendere & intueri in lucem illam, quæ juxta Apostolum nobis est inaccessa. Id solummodo devotissimis suppliicis orandum est Numen, ne in afflictionem nostram, nostræq; Academiæ istud directum sit consilium, qvodq; metuentibus nobis infligere ei vulnus immedicable poterat, adferat superiorem omni spe nostrâ medicinam. Nudius vero quartus cum me maximorum virorum filius pariter neposq;, qui & ipse tanti nominis dignitatem doctrinæ, vitæq; sanctitatē sustinet, JO. NICOLAUS QVISTORPIUS, sacrorum in Ecclesiâ Nicolaitanâ Antistes, officii meritorumq; gravitate venerandus, accederet, narraretq;, CASPARUM MULLE RUM, civem hactenus nostrum, in colendo Deo pietate, in conversando modestiâ, in inserviendo promptitudine, in omni vitâ humilitate nemini secundum, diem obiisse supremum, memor effati Divini: *vix mea non sunt vix vestra* & cogitationes mea non sunt cogitationes vestra; novo exemplo comparare inter se consilia Divina cum humanis coepi. Natus is est Freienvalde in Pomeraniâ ante annos circiter XXVI. Parente artis Musicae perito, publicoque ejus oppidi aploedo. Quem

A 3

Quam

quamquam anno jam ætatis nono-unā cum mātre pientissimā amiserit,
et tamen jam isto tempore à Parente in Musicā, tam illā, quæ voce
quam quæ instrumentis canit, scientiā imbutus est, ut quod teneræ ætati
debet, maturioribus annis facili opera posset adficere. Id quod tantā
deinceps diligentia tantoque fecit successu, ut Musico primum choro
Pyricæ adjunctus, mox Bernaviæ eidem präficeretur. Est hæc commu-
nis pauperiorum parentum cura, ut cum aliis adminiculis, quibus
filiorum studia promoteant, destituuntur, ex canendi arte qualemque
iis parent subfidium. Quo beneficio plurimi, ex sustentandæ
vitæ difficultate eluctati, non ad eximium tantum in variâ literaturâ
decus, sed & ornandam doctrinâ & prudentiâ vel remp. vel Ecclesiam
felicissimè contenderunt. Quos inter omnia instar unum LUTHE-
RUM, Divinum in reformandâ Ecclesiâ heroem, sufficiat nunc nomi-
nasse. Istud equidem optimorum parentum consilium eousque
MULLERUM nostrum provexit, ut jam sacris Theologiæ studiis
admotus finem, quem sibi proposuerat, velut in propinquo conspicere
& tenere manibus crederetur. Sed prævaluit consilium Divinum,
à consiliis nostris planè diversum, quod cum nostro ipso cœlo sit altius,
cœlo eundem, futurum inter angelorum choros & Theologum
& cantorem, insertum vindicavit. Destinarunt autem studiis MUL-
LERUM vel parentes, vel qui illis ad meliorem vitam translatis amo-
re & curâ eundem paternâ complexi sunt, eam citra dubium ob causam,
quod in eo docile & sequax, mitissimumq; & modestissimum ingenium
deprehenderent, cuius præsidio traditus Præceptoribus per omne erudi-
tarum literarum genus ad recti honestique cultum posset perduci.
Quare primò Stargardiensi scholæ admotus tyrocinia posuit. Cum
que illius per integrum sexennium alumnus omnes boni probique
scholastici numeros explevisset, industria adolescentis, ardorque sci-
endi, cum singulari quodam pietatis sensu conjunctus, mereri patro-
nis visa sunt, ut publico donatus beneficio, quod in huncusque diei
liberaliter ei prorogatum est, ad inclytam scholam Fridericianam mitte-
retur. Quantopere hoc se loco doctoribus suis probaverit, re-
feram verbis clarissimi viri, Christophori Bechereri, scholæ
Conrectoris, qui hoc eundem ornavit encomio: CASPA-
RUS MULLERUS, quamdiu nobiscum fuit, fuit autem per
semper spatiū, operam id īcunprimū dedit, ut bonarum artium
scientiam sibi pararet, quā Deo creatori hominem piam, virtuti ac
relig

religionis dedicatus, patria verò civem præstaret emendatissimum. Neq;
vitam sic poterat ducere rectius, exemplo optimo cuiusvis, qui cogni-
tione finis è spellar semper, ut nihil meditetur aut peragat, quod
rei proposita adversetur. Ut igitur hic MULLERUS moribus concin-
nio & aptius ad virtutem adspexit, procul habens affanis & vaniori-
bus alia, memoria & ingenii nativâ vi multis præcelit: ita frugia
operae bonitatem pollicetur, finemq; studiorum consequetur optauissi-
mum. Paucis, ratio ejus vita bacerat, ut ubiq; se commodum, mo-
destia studiosum, probum, nulli adversarium, nisi cui conteraria vicia
placuere, sese exhibuerit. Macratus hoc rara laudis testimonio VIII.
Id. septembr. A.O. R. MDCLXXXVI. ad Bernaviensem ludum sele
contulit, ibiq; per sesquibennium, (ita habeant clarissimi Rectoris,
Benjam. Borkii, verba) uti discipulum decet, legitimè, bocest, pīc &
in artibus liberalibus diligenter vitam traxit, atq; in eadem non uno
gradu, sed unā semper viā processit. Tandem salutato quoq; inclito
Sedinensem Gymnasio, d. 9. August. A. MDCLXXXIX. huic Academ-
iae nostræ, Rectore, JO. FESTINGIO, nomen dedit, civisq; re-
ceptus est. Quamquam verò coactus necessitate nonnunquam ab-
fuerit & vivendi auxilia, addicendo operam suam informandæ viro-
rum bonorum loboli, in agro Rostochiensi quæsi Verit, qua/nduitam
eidem in urbe esse licuit, non ille desidiaz fese, non otio dedit, sed me-
ditari domi & legere, foras obire lectiones publicas & aufcultare dispu-
tantium colloquiis, cæterum ad legum præscripta omnes actiones suæ
dirigere, summas inter delicias habuit. Dum autem Theologie fa-
ceria quasi sistens in primo limine suspexit, & admirari coepit
sublimitatem ejus ac excellentiam Divinam, pietatis ac reverentiae in
Deum, cuius à pueris usq; ardentissimum in eo studium fuit, fuit cum
maxime amans, ut & semper ejus initia à precibus capere, nec unquam se-
quiore verbo Numinis majestatem laderet, quod bona fide testantur eū
hospes ipsius, tum quibuscum familiariter præterea vixit. Pacis quoq; &
tranquillitatis ita studiosus, ut cum officia sua omnibus promptissime
exhiberet, omnium etiam amorem studiaq; demereretur. Talis itaque
cum extiterit Mullerius, quis non salutare optimumque consilium dixe-
rit, quod Theologie atque per hanc sancto ministerio fuerit destinatus?
Cum nullibi magis scientiaz cum innocuis moribus conjunctio quam in
Divino hoc vitæ humanae ordine requiratur. In quo nisi doctrina vita
& præceptis opera respondeant, tralatitium & languidum est, quicquid
docueris

docueris. Quo oculo ergo divinum intuebimur consilium, quod
spem, quam de MULLERO Ecclesia habere poterat, subito abscondit? Wolfgangum Fabricium Capitonem, arcana quadam propen-
sione ad studia Theologica natum, Parentes, moribus cleri ejus ævi
offensi, Medicinæ coactum addixerunt, in quâ & summâ laureâ vivo
genitore ornatus est. Sed non potuit interverti Divinum consilium, quod
illum indiderat Capitoni ad sacra stimulum. Mori potius debebat pa-
rens, ut libertatem nancisci Capito, & Theologicâ eruditio[n]e ad idem
fastigium deductâ, operam suam, ceu utique fecit, inestimabilem locare
Ecclesiæ posset. Quid itaq[ue] est, quod in Mullero nostro non spem tantum
omnem, sed fructus etiam quæsi maturos & in proximo messem, quam
sibi promiserat Ecclesia, Divinum consilium frustratur? Qvod alios, q[ui]
vel pernicio[n]is doctrinis, vel exempli noxâ, sacerdotes turbidi,
insolentes, fastuosi, avari, impuri, ignavi, flagitosi, destructi
quondam Ecclesiam, non edificaturi sunt, vivere ad publicum sacro-
rum cœtuum detrimentum permitti? Ast neverimus, consilia Dei
non esse consilia nostra, nec vias Dei vias nostras; & consilio[r]um
Divinorum r[ati]onib[us] tam nos, si & plusquam humanâ
curiositate indagaverimus, ac in cœlum ipsum ascendere non possu-
mus, perlustratores non esse. Nam consilia Dei ipso cœlo nostris
altiora sunt. Quamobrem Divinæ providentiae non attrectemus ar-
cana, nec superflua anxietati nostræ quicquam permittamus. Quod
plus progredi contendimus, eò longius rejicimur & ferimur retrò.
Aliâ ratione hominum spes, alio ordine Dei consilia incedunt. Co-
gitemus, egregium q[ui]dem futurum fuisse, si MULLERUS noster,
qui nunc phthisi extinctus ex rebus humanis sublatus est, monstrare a-
liis, quâ sit eundum in cœlum viâ, potuisset, beatius tamen melius-
que longè esse, tenere cœlum & præmia possidere, quam polliceri,
aut expectare. Nos interea exeq[ue]rias eamus pio proboq[ue] civi, cum
aliâ ratione virtutum ejus honorificè recordari nequeamus.

Valete. Scr. Rostochii ipsis Cal. Septembr.

1691.

P.P. Sub Sigillo RECTORATUS,
Conventus fiet in Æde Jacobæ, horâl.

(o) 90



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77066041X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066041X/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77066041X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066041X/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77066041X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066041X/phys_0016)

DFG

religioni dedicatus, patria verò civem præstare
vitam sic poterat ducere rectius, exemplo opti-
sione finis è spectaculo semper, ut nibil mediceet
rei proposita aduersetur. Utigitur hic MULLER
nō aptius ad virtutem adspexit, procul habi-
bus alia, memoriaq; ingenii nativā vi multi-
opata bonitatem pollicetur, finemq; studiorum
mum. Paucis, ratio ejus vita bacerat, ut ubi
destia studiosum, probum, nulli adversarium,
placuere, sese exhibuerit. Maestus hoc raræ la-
Id. septembr. A.O.R. MDCLXXXVI. ad Berna-
contulit, ibiq; per sesquibennium, (ita habent
Benjam. Borkii, verba) uti discipulum decet, le-
in artibus liberalibus diligenter vitam traxit, et
gradu, sed una semper viâ processit. Tandem la-
Sedinensium Gymnasio, d. 9. August. A. MDCLXII
miae nostræ, Rectore, JO. FESTINGIO, nomi-
ceptus est. Quamquam verò coactus necessita-
fuerit & vivendi auxilia, addicendo operam sua
rum bonorum loboli, in agro Rostochiensi quæsi-
eidem in urbe esse licuit, non ille desidiæ fese, nor-
ditari domi & legere, foras obire lectiones publica-
tantium colloquiis, cæterum ad legum præscripta
dirigere, summas inter delicias habuit. Dum a
craria quasi sistens in primo limine suspexit,
sublimitatem ejus ac excellentiam Divinam, pietati
Deum, cuius à pueris usq; ardentissimum in eo stu-
maxime amans, ut & semper ejus initia à precibus capi-
quiore verbo Numinis majestatem læderet, quod bo-
hospes ipsius, tum quibuscum familiariter præterea
tranquillitatis ita studiosus, ut cum officia sua omnia
exhiberet, omnium etiam amorem studiaq; demen-
cium extiterit Mulleru, quis non salutare optimum q-
rit, quod Theologiaz atque per hanc sancto ministeri
Cum nullibi magis scientiaz cum innocuis moribus
Divino hoc vitæ humanae ordine requiratur. In quæ
& præceptis opera respondeant, tralatitium & lang-




Image Engineering Scan Reference Chart TE83 Serial No. 052